Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



adumbrantur: sicut in susceptę humanitatis amictu divinitatis eius claritas ante resurrectionem potentiam occultatur: Moyses sumptus de aqua interpretatur: & ideo p moysi tabnaculum allegoria in conuenientię figuratur: quę de insipida littera quasi de fiscella scripta labore queremuo extrahitur: Helyas autem sagittarius dicit: & p helyę tabnaculum moralitas exprimitur: quę p sagittas potentis acutas instruitur: Dicit x Po PETRUS. Sicut faciamus hic tria tabnacula: quia sola diuinę uoluntatis annuentię clementia. pulsanti & querenti in sacra scriptura. litterę. allegorię. & moralitatis. partes intelligentia. Hęc nempe tria sunt quasi archę tristega. quę noę diuina pscribit sapientia: sunt item quasi terna templi tabulata. quę Salemon celestis depingit, puidentia. Sunt etiam in eiusdem templi structura: quasi cherubin. & palmarum. & celaturarum. ualde eminentium figura. Hęc est etiam restiula triginta cubitorum: ambiens p circuitum mare eneum. infra eiusdem templi ambitum. De qua restiula in puerbiis scribitur: quia funiculus triplex difficile rumpitur. His tribus uel ille beseleel in tabernaculi constructione. uel IRAM. artifex salemonis de tyro. spiu dei repletus legitur: in templi compositione: quia uterq; eorum describitur plenus fuisse sapientia. & intelligentia. & doctrina: quę tria. de sęę scripturę abysso, pfunda. litterę. allegorię. & moralitatis. extrahunt archana. De his tribus loquitur ille Balaam ariolus: in extremis, pphetę suę partibus. Venient in trieribus de italia: superabunt assyrios: uastabuntq; hebreos & ad extremum etiam ipsi peribunt. Italia enii dicitur mentis excessus: de quo dicit apostolus. Siue mente excedimus deo: siue sobrii sumus uobis. Trieres autem dicuntur naues: tres remorum ordines: in se continentes. Quibus nimirum trieribus designantur doctores: triplici intellectu. ad litteram. ad allegoriam. ad moralitatem, pfunda sęę scripturę sulcantes: Venient g in trieribus de italia: de illo sublimi excessu contemplationis: triplicis intelligentię dispositione. rimantes arcana sacre scripturę. Superabunt assyrios. P assyrios qui dirigentes inpretatur: sacre scripture apices designantur: quinos ad directionem cordis sollicite cohortantur. Quos nimirum apices illi uenientes in trieribus de italia superant: dum instar iacob patriarchę cii angelo luctantes: studiosa colluctatione assiduę meditationis: difficultatem sęę scripturę suo intellectui attemperant. Vastabitq; hebreos. Per hebreos qui transitores dicuntur: idem ipsi apices intelliguntur: qui nos de presentibus ad eterna transire cohortantur. Quos nimirum hebreos illi uenientes in trieribus de italia deuastant: quia sicut predones alienis domibus & rebus irruentes. singula queq; diripiendo dissipant: sic isti reconditis sensibus sacre scripturę. acumine suu ingenii sedulo insistentes. & operatione sancti spiritus abscondita in lucem, pferentes. spiritum